



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Bernardi Primi Clarævallensis Abbatis, Ordinis
Cisterciensium Antesignani, melliflui Ecclesiæ Doctoris
Sermones In Dominicas & Festa per annum**

Bernardus <Claraevallensis>

LXXX. De multiplici unitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39254

sunt & militantium. Tabernaculum verò habet tectum, sed fundamento caret, & portabile est: quia justi in præsentibus non sunt fundati, sed inquirunt civitatem desursum fundamenta habentem. Fides etiam eorum, quæ est fundatentur, non est in terrenis, sed in Domino tectum habent, id est, munitum gratiæ & protectionem. Atria sunt domui vicina, amplitudinem habentia. In illis sunt animæ sanctæ corporibus extutæ, quæ in latitudine sunt, deposita carnis angustia. Atria habent fundatum, sed non tectum, quia animæ quæ in amore Dei sunt non ruunt, unde stantes erant pedes nostri a; sed non habent tectum, adhuc expectantes augmentum, quod non erit nisi in resurrectione corporum suorum. Post ipsam sanè resurrectionem cum Angelis erunt in domo, quæ habet fundatum & tectum. Fundatum est stabilitas æternæ beatitudinis, tectum consummatio & perfectio ipsius.

carne vivente.

In atrii sunt animæ corpore solute.

^a Psal. 121. a

In domo animæ corporibus post resurr. redditæ.

S E R M O LXXXI.

De voluntate Deo semper & in omnibus subiicienda.

Paratum cor meum Deus, paratum cor meum ^a. Via regia, Fratres, nec ad dexteram declinat, nec ad sinistram. Porrò invenire est hominem semel quidem paratum, non quidem secundo. Si dixerit ei Deus, *eiice ancillam & filium eius* ^b, dico autem opera earnis: non cunctatur. Si dixi-
tis, *immola mihi filium tuum quem diligis Isaac*: hoc plane jam patienter audire non potest, ut fraternalis utilitatis aut unitatis gratia, spiritualis sustinere videatur studii detimenta. Quidni abiiciat facile servus Christi quicquid ad corpoream pertinet voluptatem? At vero spirituali jucunditate & quanamiter fraudari quando aut obedientia cogit, aut fraternalis charitatis ratio postulat, hoc plane inagnitur & Deo gratum offerre est holocaustum. Memento tamen non Isaac in hoc sacrificio, sed arietem contumaciam jugulari.

^a Psal. 56. a

^b Gen. 21. b

^c Gen. 22. b

N O T A.

Quam difficile propriam relinquare voluntatem.

S E R M O LXXXII.

De triplici unitate.

Ecce quād bonum & quād iucundum habitare fratres in unum ^a. Est unitas naturalis; unitas carnalis; unitas virtualis; unitas moralis; unitas spiritualis; unitas socialis; unitas personalis; unitas principalis. Unitas naturalis est inter corpus & animam. Unitas carnalis inter virum & mulierem, de qua dictum est ^b: *Erunt duo in carne anima.* Unitas virtualis est quæ hominem sibi ipsi coniungit, ut non per diversa effluat, sed cum Propheta unitam petat a Domino. Unitas moralis est quæ nos coniungit proximo. Unde Psalmista dicit: *Qui habitare facit unius moris in domo.* Unitas spiritualis est quæ nos coniungit Deo. Unde Apostolus ^c: *Qui adhaeres Deo, unus spiritus es.*

^a Psal. 132. a

Fratres multo.

^b Genes. 2. d

^c Psal. 26. b

^d Psal. 67. 8

^e 1. Cor. 6. d

V Y Y Y 3

Unitas

Unitas socialis inter angelos, quibus omnimodis idem velle est, idem nolle.
Unitas personalis in Christo. Unitas principalis, quae & substantialis est in
Trinitate.

*Bonum & ju-
cundum quo-
modo inventan-
tur in rebus.*

*Ad utrumque
obtinendum
quid requira-
tur.*

*Pusillanimes
relinquunt pro-
positum, leves
mutant.*

*Ecce quam bonum & quam jucundum. Sunt quædam bona jucunda;
sunt quædam nec bona nec jucunda. Sunt quædam bona & non jucunda,
sunt quædam jucunda & non bona. De bonis & non jucundis pervenitur
ad bona & jucunda. De jucundis & non bonis pervenitur ad non bona &
non jucunda. Bona & non jucunda sunt continentia, patientia, disciplina.
Jucunda & non bona, voluptas, curiositas & vanitas. Nec bona nec jucun-
da, invidia, tristitia, acedia. Bona jucunda, honestas, charitas & puritas.
Ad hoc bonum & jucundum obtinendum, necessaria est unitas virtualis, &
unitas mortalis. Primam disturbant pusillanimitas & levitas. Pusillanimitas
facit propositum relinquere, levitas mutare. Alteram obstinatio, suspicio &
simulatio disturbant. Obstinatio non recipit proximum, suspicio non cre-
dit proximo, simulatio non se jungit proximo. Spes æternorum expellit
pusillanimitatem, humilis obedientia levitatem. Obstinatio humilitate,
suspicio & simulatio charitate pelluntur.*

S E R M O LXXXI.

De laudatione Dei in ore peccatoris.

* Eccl. 15. c

*Laus in ore pec-
catoris quomodo
sit aut non sit
speciosa.*

Simile.

Non est speciosa laus in ore peccatoris ^a. Etiam quæ est in ore peccatoris
pœnitentis, non videtur speciosa: quia adhuc de peccati recordatio-
ne & memoria confusionem patitur, & frequenter inde compungitur. Sed
tamen in eo est utilis & fructuosa confessio, et si non speciosa decoraque lau-
datio. Postquam verò de beneficiis Dei proficiens adhæret divinæ laudi,
& in ea assidue delectatur & proficit, ita ut nihil aliud placeat ei: tunc in
ore eius est speciosa laus Dei, ad similitudinem agricolæ, qui dum stercorat
agrum suum, totus in luto est & stercoribus, & non est pulcher labor eius,
et si sit fructuosus: sed quando colligit manipulos segetis, tunc labor est
speciosus & dulcis.

S E R M O LXXXIII.

De diligenti custodia cordis.

^a Prov. 4. d
^b Rom. 10. c
^c Rom. 1. b
^d Matth. 5. a
^e Ioan. 17. a
^f Ephes. 3. c
^g Coloss. 3. a

O Mni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit ^a. Duobus autem
modis vita à corde procedit. Aut quia corde creditur ad justitiam ^b,
justus ex fide vivit ^c; & fide mandatur cor ^d; & mundo corde Deus videtur ^d,
id est, agnoscitur ^e; & hæc est vita æterna, ut cognoscant te unum Deum,
& quem misisti JESUM Christum ^e: aut quia Christus vita nostra, qui
nunc per fidem habitat in cordibus nostris ^f, erit cum apparebit, & nos
cum ipso apparebimus in gloria ^g; & qui nunc latet in corde, tunc quasi
de